

In Confederatum Exercitum e Sanguine Polono ortum Tartaros aduoca
Ciuem bene meritissimum sibi & Patria Lubomirscium iniusta Iudicio
expellit.
In exteros Ciuem libertatem vendicantes Ciuile excitando bellum consurgit
Ipse debellatus
Litis Porodauiam depopulari permittit
Gallie fauendo
Et cum ipse arte et Marte impotens, impressa perficere nequit
Regno abdicat
Die XVI. Septembris. Anno Domini M. DCLXIX
Varsaviae
Recede Lector
et
Pacem apprecare, Ciuilibiter mortuo.

Post decessum duorum Poloniae Regum Fratrum, ex Patre Suetio Chri-
stiano et duabus Germanis Sororibus Austriacis, qui erant unius Voti Con-
ges, succedet in Dominum ejusdem Regni Patriota. Vir innocens, valde iustus
et timens Dominum, gratia et Iustitia Diuina illuminatus, ab Annis quidem puer
natus. Is igitur Virtutem et Iustitiam colet, Statum tam Spiritualem
quam Saecularem corrigit, secundum Iustitiam, et aequitatem. Unde Impera-
tores et Reges eum honorabunt, eo quia plenus gratia, & benedictione Dei.
Ipso Electionis tempore Prophecia et prodigijs erit clarus, et timebunt eum, et
amabunt omnes, Nomen autem Dei exinde glorificatur magis ac magis.
Contra Turcam felicissime pugnabit Constantinopolim et Hierosolimam qua
perdidit Michael Phalologus recuperabit victoriosissime, erit ejusdem Nomi-
nis, Sed felicior, imo felicissimus, multarum Victoriarum Victor. Sanctus enim
Michael contra hostes Reip, et Ecclesia pugnabit cum eo. Turcas Senes pueri
re et Iuuenes edocere in fide conabitur.
Viuet Annos Octuaginta & Semi quartum, et haec omnia fient ab Anno